

## SECRETARIATUS EPISCOPORUM.

**A**gitur in subsequentibus casibus de taxatione, quam propter Beneficiorum Provisiones, Ordinum Literarum, Dimissorias, Dispensationes, & id genus alia Episcoporum Secretarii percipere possunt, quemadmodum etiam de ea, quam ob sigillum nonnulli Episcopi sibi sumunt. Taxationibus his modum imposuit Tridentina Synodus *sess. 21. cap. 1.* a cuius afferendis verbis, quae in casu, qui proxime sequitur recabuntur, in praesentia supercedemus, illud monuisse contenti cum Domino de Sainte Beuve nos eorum, qui Concilii definitionem in hoc negotio transgredirentur, impudentiam ac temeritatem hanc fatis mirari posse. Tridentini Concilii propemodum verba repetit Blesensis Constitutio, *cap. 20.* ut infra compertum fiet.

## C A S U S I.

## Jus Secretariatus Episcoporum.

1. Episcopus ex Secretariatu (idem de sigillo sentiendum) nullum pecuniarum lucrum percipere debet.
2. Secretarius potest aliquip emolumenta sumere ratione laboris, quem in scribendo auge obsequendo collocat.
3. Episcopus Officialis sui munus locare non potest, ac Notarii peritis ac secretariis emolumenta debens certis, iisqueque brevissimis terminis circumscribi.

## Q U A E S I T U M .

**T**heologie Doctores rogantur, ut suam super hisce difficultibus sententiam proferant.

I. Queritur, an Episcopus ex Episcopatus sui Secretariatu potest cunctis sibi pecuniarum percipere praeter eius stipendium, qui eo munere fungitur?

II. Queritur, idemne de Episcopi sigillo sentiendum, atque an compilarium Dioceseion confuetudine ejusmodi lucrum statuerit firmetur?

III. Queritur, an Episcopus Officialis munus locare potest?

Ut has difficultates in bono lumine collocentur, rogantur Doctores, ut animadventiantur, Episcopi, qui ex Secretariatu atque Officialitate prouentione aliquem sumendum sibi proposuerint, eam mentem huius, ut ad Officialitatis ipsius negotia, & ad depravatorum Clericorum mores reformatos so proventu uteretur. Ad sigillum quod attinet, id ex eo lucrum aliquip percipi possit videtur evincere, quod Cathedratis Ecclesiæ Praebenda tres, & Capella una sua ex sigillo redditus obtinent; sicut Praebendas libras quinque, solidi decimam; Capellanus percipit libras octodecim, ne quid dicatur de expensis, cuiusmodi sunt cera, charta, stipendia ob signiantur.

Rogantur, præterea Doctores, ut definiant, quid denum ob Secretariatus Expeditiones Episcopi Secretarius percipere potest? atque an veteribus in hanc rem Sanctoribus illustrare debeat? Quomodo denique sigilli emolumenta definienda sint?

## R E S P O N S I O .

Theologia Doctores, qui propositum facti speciem videunt, existimant, se omnino recederet non potest a regula,

quam Tridentina Synodus *sess. 21. c. 1. de Reformatione*, statuit: Itaque ut ad primam & alteram questiones respondent, percutiam habent Concilii tantum verba esse describenda: *Quoniam ab Ecclesiastico Ordine omnis suspicio avaritiae obesse debet, nihil pro collatione querimurcumque Ordinum, etiam Clericis Tonjura, ne pro Sigillo, ne ad quamcumque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alii Ordinum Collatores, aut eorum Ministris quoque praesertim accipiant. Notarii vero in illis tantum locis, in quibus non vigeat laudabilis confuetudo nihil accipiendo, pro singulis Litteris Dimissoriis, aut Testimonialibus decimam tantum unius aurei partem accipere possint; etiam dammatio salarium nullum sit confitendum pro officio exercitando; nec Episcopo ex Notariis commissis aliquip emolumenum, ex eisdem Ordinum collationibus directe vel indirecte proweire possit; tunc enim speram sicut ex prefate omnino teneri decernit; contraria taxas ac Statuta & Constitutiones, etiam immemorabiles, querimurcumque locorum, que potius abusus & corruptio secretariorum facientes non recipi possint, penitus cessando & interdicendo; & qui feceris facientes, tam dantes, quam acceptores, ultra divisionem utriusque, pacem a jure inflatus ipso facto invenerint. Ex quibus verbis liquido constat eam Tridentina Synodi intenti esse, ut Episcopo vel ex Secretariatu, vel ex filio nihil emolumenta percipiant, & qui quid inde luci provenit, quod Synodus ad taxationem fatis modicam redigit, & ad eos, quibus Litteras ob signandi demandatum officium est, omnino pertinet. Cardinalium Declarationes hanc doctrinam confirmant, et verba: *Constituto prescipi ab Ordinatis ad primam Tonsum am forcipi, peccare, & mapas . . . pariterque a Presbyteris intelligitur periade ac corruptela revocata.* Itaque Cardinali-*

Toletus *lib. 5. Infract. Sacerd. cap. 88. num. 9. unum, inquit, hic nerandum circa Episcopum, quantum ad Ordinum administrationem ex Concil. Trid. *sess. 21. cap. 1. de Reformatione*, ubi tria instituuntur, & ordinantur circa hoc. Primus est, ne nullus Episcopus pro illis Ordinum collatione, aut pro Litteris Dimissoriis, aut pro Sigillo, quicunque possit accipere quicunque praesertim, etiam sponte oblatum, sed omnino gratis ipsa exhibeantur . . . Terterum est circa Notarium similiter & Episcopum. Non potest Episcopus commodum aliquip labore per viam Notarii, exigendo aliquip ab ipso Notario pro his, que Notarium evenient. Liberatus ergo & omnino gratiam abet esse Ordinum collatum. Verum illud apud veris maxime dignum est, Concilium declarare contrarias confuetudines spectandas esse tanguam abusus simoniac patrocinationes; ut prouide apparet id ei propositum fuisse, non ut novam Legem conderet, sed disciplinam veterem instauraret. Regula hac ad Beneficiorum quoque collationem extenditur, ut Cardinalium Congregatio definit, & ad cetera emia, que in Episcoporum Cardis expedientur, ut animadvertisse Barboea in Caput hoc, & apud eum Nicolaus Garcias de Beneficiis *p. 8. num. 76. & 77. & Silva in foliis. Canon. cap. 10. num. 20.* quod firmatur Capite *Ex multis i. quas 3. ubi Alexander II. que simoniacos declarat eos, qui dant, ut Beneficium obtineant, atque eos, qui dant, ut Ordinibus initientur. Certum porro est, Episcopum ex eo, quod Secretario tribuitur, non alia de causa lucrum percipere posse, quam quod Ordinem conferat, aut Beneficium, aut aliquid spiritale; quod proinde simoniac materialm constituit, ut propterea jure optimo Tridentina Synodus abusivas pronuntiaverit ejusmodi confuetudines, ut nempe lucrum percipiat ex Secretariis, vel iis tribuatur infra operam ac laborem, quem ad scribendas Litteras contulerint, quoniam in illis Episcopi utilitatem vergi, prout dictum est in Lateranensi Concilio, velata lib. 5. Decretalium de Simonia & Sicut pro certo. Quamobrem quia ipa lucrum, quod ex Sigillo & Secretariis Episcopos percipiunt, provenit ex spiritali, certum prouide fit in ea praxi aliquod simoniacum esse videri. En laudati capituli verba: *Tantum igitur abdere voluntates absum, confuetudinem hujusmodi (que magis accedit ei corruptela) penitus reprehendimus: firmare simonios, ut pro illis sive conferendas sive collatis nemo elicit quicunque praesertim exigere aut exorciare presumat. Aliquis & qui recipit, & qui dedit hujusmodi premium, omnino damnatur cum & Gizi & Simone damnatur. Cum ergo res ipsa, per se vitio non caret, non potest quicunque praetextu servari, quia nempe non sunt facienda mala, ut evanescant bona.***

Quod questionem tertiam, idem omnino de Officiali statuendum, quoniam Episcopi Justitia singularem ac præcipue in spirituali materia, versatur; quemadmodum autem haec de causa iubet Synodus modicum quid ab Episcopi Secretario percipi propter operam, quam impedit, non ab Episcopo; cum Officialis in eam facti specie veretur, ejus munus eodem jure locare non potest Episcopus, qui potius invigilare debet, ut Officialis modica summa contentus sit, et scilicet, quod ad eam congruum sustinendum sufficiat.

Quod questionem quartam, certa reguli loco habenda est Cardinalium in caput hoc Declarationis, que ejusmodi est: *Pro collatione Ecclesiasticorum curazarum, vel pro deputatione Vicariorum in illis, Cancelleri potest in singulis accipere mercedem suo labore convenientem; quia tamquam scripturarum, & ceteris omnibus comparata, unum unius aurei non excedat, dammudo ipsi Cancellerio salarium nullum sit confitendum pro officio exercitando; nec Episcopo ex Notariis commissis aliquip emolumenum, ex eisdem Ordinum collationibus directe vel indirecte proweire possit; tunc enim speram sicut ex prefata omnino teneri decernit; contraria taxas ac Statuta & Constitutiones, etiam immemorabiles, querimurcumque locorum, que potius abusus & corruptio secretariorum facientes non recipi possint, penitus cessando & interdicendo; & qui feceris facientes, tam dantes, quam acceptores, ultra divisionem utriusque, pacem a jure inflatus ipso facto invenerint.* Ex quibus verbis liquido constat eam Tridentina Synodi intenti esse, ut Episcopo vel ex Secretariatu, vel ex filio nihil emolumenta percipiant, & qui quid inde luci provenit, quod Synodus ad taxationem fatis modicam redigit, & ad eos, quibus Litteras ob signandi demandatum officium est, omnino pertinet. Cardinalium Declarationes hanc doctrinam confirmant, et verba: *Constituto prescipi ab Ordinatis ad primam Tonsum am forcipi, peccare, & mapas . . . pariterque a Presbyteris intelligitur periade ac corruptela revocata.* Itaque Cardinali-

Decimus Parisiis . . . ann. 1678.  
Aug. de Lamet.

## SECRETARIATUS.

## C A S U S II.

1. Tridentina Synodus & Edicta definierunt, quid Episcoporum Secretarii pro Visa, aliisque Secretariis Actis percipere possint; nihilque præterea possit ii sibi sumere, qui in Simoniis suis actionibus incident.
2. Episcopus ex propriis redditibus debet iis stipendium placere, si minus ex Secretariis iuribus sati habeant.

## Q U A E S I T U M .

**E**piscopus, cui septem tantum vel octo mille librarum est redditus, quicque ex Secretariatu nihil sibi conceperit, super Secretarii iuribus taxationem instituit, ut nempe ad expedientem Visa libra viginti pro Beneficiis pinguis erogant, ac pro ceteris habita prouuentum ratione.

I. Querit Ambrosius Episcopus, an pati possit Secretarium suum ex taxatione adhaerere?

II. An Edictum an. 1695, vim habeat in foro conscientie?

III. An Rex confesar te Edicto Episcopis, quorum adeo modicus prouentus est, completi nonnulli, an eis ea mens fuerit, ut Ambrosius ita minus Episcopus ad Secretarii sui sustentationem conferret, et vero contendat confesar, immunita Visa taxatione, exterritorum Actuum primum augeri, quod rei publice summopere onerosum esset?

Secus Ambrosius agre admodum sibi Secretarium comparare poterit, debet ille latine scire, & Ecclesiastice Curie flyrum callere, aliquip decentius dotibus exornari, eum porro virum nascisci omnino non poterit, nisi ejus jura aucta fuerint, vel ipse ei stipendia tribuat, id quod eidem pergrave fuerit.

## R E S P O N S I O .

Consilium Conscientia subscriptum censet, id quod Ecclesia in Tridentina Synodo *sess. 21. c. 1. de Reformatione*, quodque Edictum Regis an. 1695, art. 2. Episcoporum Secretarii pro Visa concedunt, tamquam stipendium eorum labori atque industris debitum spectandam esse; ut prouide quicquid praeterem fumeretur, non amplius ad laborem & industria referetur, sed ad rem spiritalem, cuius gratia Visa vel alia Litera tribuerentur. Quamobrem ea taxatione simoniac suppositione non careret; ac multo quidem magis, si plus daretur pro priu Beneficio, quam pro tenia; five enim Secretarius stipendio gaudeat, five non, five habeat, unde vivat, five non, ejus quidem labor & industria, quod ex Concilio est ratio stipendi, quod enim conceditur, pro pinguis, quam pro temi Beneficio maiores non sunt; non plus vel temporis infusum, vel charte; non ergo maiore stipendio dignus est. Ac Tridentina quidem Synodus satis ficeret articulo suu mentem appetit, dum prater id quod Secretarius concedit, nihil omnino ab illis accipi vult, nec alia quicunque de causa etiam sponte obsum, aut alia quicunque.

His in hunc modum constitutis, ad tres questiones proprias responderunt:

Ad primam, Ambrosius tutu conscientia pati non posse, ut Secretarius id, quod inllata taxatione declaratur, sumere pergit; sequitur id ex haec tenus dictis.

Ad secundam, Edictum an. 1695. Clero populante, ut Rex sub initio iunxit, tuncum fuisse, cum illud nil aliud sit quam veterum Declarationum, ac veterum Recriptorum, que in Constitutione, que ab Ecclesia edita, atque ante servatae fuerint, executionem prodierint, redintegratio, nihilque contingit. Ecclesiasticis Legibus non contentaneum, prouide in conscientie foro, saltem quod articulos duos, de quibus agitur, obligare.

Ad tertiam; Edicti articul. 2. Tridentina Synodi menti conformem esse. Quare cum Synodus absoltu & indistincta de medico stipendi locuta sit tum quod cuique generis Literas, tum quod omnes Episcoporum Secretarios non licet Ambrosio Edicti articulum aut Concilii Decretum latiore quam notione accipere, ut distinguantur Episcoporum genera duo, unum eorum, quorum modicus, eorum alterum, quorum pinguis redditus sit; quandoque Rex & Concilii patres, quos non latebat admodum minutus Episcopatus existere, distinctionem eam adhibuerint, si necessariam vel utilem credidissent. Quod si Rex in dicti articulo 2. de Visa tantum loquitur, non prouide censetur Episcopis permisum, ut quod ait cetera Secretariorum suorum stipendium sagerent, sed potius res in eo statu reliquise, in quo Ecclesiæ Leges & Canonæ eisdem posuerint.

Ex his omnibus concluunt potest Ambrosium in presenti negotio littere debere regulis a Concilio, & Edicto an. 1695, praetulps, ita ut ex propriis redditibus Secretarii sustentatione praescribere teneatur, ut eum nascicatur, qui necessariis luctibus præstans sit, si Secretarius consuebit stipendio Canonibus, Regiaque Sanctione praescripto contentus esse noruerit.

Decimus Parisis . . . ann. 1696.  
G. Fremageau.

Optandum sane foret Episcopo Secretariis suis stipendia statuere, ne quid illi pro Expeditionibus acciperent. Si enim ita Episcopi sibi gefissent, non tot in hoc quidem capite extixissent abusus, qui pauli querelis anla præbuerunt, & in causa fuerint, ut generales constitutiones ad eorum abusuum reformationem edenter, ut ex Trident. Concil. *sess. 21. c. 1. Constitutione Blesensi art. 2.* Edicto an. 1695, art. 2, licet intelligi. Concilium porro statuens, ne quid Secretarii sibi sumant in locis, in quibus viget laudabilis confusatudo nihil accipient, fatus ostendit eam sibi mentem fore, ut nihil Secretarius acciperetur.

Ideam debet Episcopi Secretariorum suorum animis inspirare, congnatum in stipendium statuentes, non tamen vita perunda censetur eorum Diocesisconfusudo, in quibus Secretarii iuribus taxationem instituit, ut nempe ad expedientem Visa libra viginti pro Beneficiis pinguis erogant, ac pro ceteris habita prouuentum ratione.

L.

In Nationali Concilio an. 1581. Rothomagi celebrato *sit de Juris. Ecclesiast. n. 9.* ita statuit: *Non licet Episcopis figura sum ad certum pacum locare, sed illud probo viro, nee indicio, tamen Ecclesiasticum committant.*

Decimus bac die 29. Augusti an. 1696.  
G. Fremageau.

## C A S U S III.

1. Episcopi Secretarius non potest quicquam exigere præter id, quod ei a Tridentino Concilio, vel Regis Edicto an. 1695, concessum est.

2. Et Confessarii abstinentiam negare debet, si quid ulterius exigas.

## Q U A E S I T U M .

**E**piscopi Secretarius non alio stipendio gaudens quam Secretariatus emolumenta, pro Visa duodecim seu quindecim libras, & per ratione habita pro ceteris Litteris exigit; ut prouide Secretarius ei tercenta seu quadringenta fecta quotannis reddat. Tuusque est in conscientia, quippe qui hac in re nihil agat, quam Diocesis morem sequatur? Quomodo se gerere debet ejus Confessarius, qui ab eo non recedit, quod Tridentina Synodus *sess. 21. de Reformatione cap. 1.* precipit in hac verba: *Nisi vero . . . pro singulari Litteris Dimisioribus, sive testimonialibus decimam tantum aurei partem accipere possint.* Apteror quoque est in hanc rem vicefimus Blesensis Constitutionis Articulus.

## R E S P O N S I O .

Consilium Conscientia subscriptum censet, Secretarium, de quo queritur, non posse duodecim seu quindecim libras accipere pro Visa, & ratione habita pro ceteris Litteris. quia Tridentina Synodus & Constitutione minus esse volunt Episcopali Secretarii stipendia, ad hanc negotia quod attinet: *decimam tantum unius aurei partem accipere possint*, inquit Synodus *sess. 21. c. 1. de Reformatione*, Constitutionis autem an. 1695, art. 2. ex gallico sermone haec verba reddi possunt, *et dictorum Prælatorum Secretarii nequeant accipere plusquam duas libras pro dictis Litteris Visa.*

Frustra porro dicitur Secretarius hac in re Diocesis consuetudinem sequi, ne alio stipendio gaudere; is quippe usus abusus est; cumque Secretarius sit Episcopi Domesticus, satis prouide est ejus sustentationem ex ipso Præsule peti, quam ex ministris quibusque Presbyteris exquireri. Hanc esse apparere Conciliū mentem, dum vetat, ne Episcoporum Secretarii laborum suorum gratis declaratum stipendium sumant, nisi post duplice conditione, quarum prima est, nulli Litteris pinguis expediendi mos in Diocesi obtaineat; in quibus locis viget laudabilis confusudo nihil accipient; altera est, *Dummmodo sit salarium nullum sit confitendum pro officio exercendo.*

Hinc concluditur, Secretarium non se fatis in tuto ponere, dum ait, sibi stipendii nil esse, quoniam est nimur omnino causas est, in quo ei aliquid, id tempe, quod supra declarationem est, nihilque praeteresse accipere licet.

Quia porro is, de quo in expositione dictum est, multo plus accipit, quam sibi legitime debeat, affieri potest ejus consilium esse quodammodo simoniacum, quoniam occasione rei spiritualis exigit temporalem. Quamobrem Confessarius eum de officio suo, de Concilii regula, deque Regis Constitutione, quibus se conformare necesse habet, monere debet, ei que abolitionem denegare, si perficit in proprio plus accipendi, vel exigiendi, quam quod Ecclesiasticis & Civilibus Legibus eidem concessum est.

Decimus bac die 24. Maii an. 1696.  
G. Fremageau.

## S E C R E T U M.

**N**on agitur hoc loco de Confessionis secreto, sed de eo, quod unusquisque in gravibus negotiis, quia ex familiaribus colloquiis percepit, custodire debet. Quamlibet stricti juris sit ejusmodi secreti religiose atque invicte servandi obligatio, sive secreti fides oblitrix fuerit, sive non; non defuit casus, in quibus a regula recedere non modo licet, sed etiam decet, atque adeo oportet. Causa exempli detergendum est criminotum consilium, tametsi secreti fide notum, cum, si detegatur, ejus executio impedit potest; idemque de quibusdam virtutis humanae societati perniciose, & quoad quadam ministeria periculosis sentiendum est; si enim contingat ea ex privato colloquio innescere, ac deinde qui eadem in se ipso prodidit, velit ea munia suscipere, quibus ejusmodi virtutis adversantes; is, cui ea innovere, secreti fidem non violat, si, quod scit, patet faciens, quomodo officia illa suscipiantur, impedit; mihi verbi causa non cum est, quemquam, ipso mihi fatente, minus recte de Religione sentire, quem tamen paratum intelligo Ecclesiasticum statum amplecti; ne dum peccem eos commonefaciens, qui id impedit possunt, peccarem potius gravissime, ni ita facerem.

## C A S U S I.

Secreta custodienda.

*Custodiendum secretum est, cuius detectio nores alterius salutis, famae, bonifice.*

## Q U A E S I T U M.

**P**etrus censum, quem ex Joanne percipit, in Pauperum Communitatem cum cautione transiert, oblati sibi ab eadem Communitate justa pretio. Plura jam annua debentur Communati, qua nulla bona ad Petrum vel ad Joannem spectantia cognoscit, nullamque proinde solutionem ipsum sibi esse intelligit. Notarii cuiusdam Clericus in Petri negotio occupatus ex ejus codicibus novit ipsum in bonis habere; ac deinde eum ex dicta Communitatibus Procuratore per periculum cognovisset, in quo verbatur, quod de stitorum Debitorum bonis ignoraret, ei dixit Petru in bonis esse, atque adeo ea se indigitarum promisit. Aliquanto post intantum Procuratori, ut promissa faceret, respondit Clericus se quidem in proprio persisteret, sed antea cupere sibi scrupulam ex animo evelit, ac declarari, ut Communatis Superiorum commonefaceret; quod tamen ab eo obtinere non potuit.

Queritur ergo, hicne Clericus, qui in ejusmodi facti spece, haud obstricta Petro secreta fide, agnoverit ex Actu, quem Notarius, apud quem dedit, nequamque firmaverat, Petro bona pedire; ut ita Pauperum Communatibus solvi possit id, quod eidem debetur, quodque ipsa non alia ratione sibi solvendum sperat.

## R E S P O N S I O.

Confidimus Conscientia subscriptum, quod propositum facti specie vidit, existimat, cum de bono Pauperum Communatibus servando agatur, Petro procuratoria bona detegatur. Regulam hanc statuit Div. Thomas: (a) eamque sequuntur. Autores quique gravissimi, qui super hoc negotio scriperunt; omnes enim afferunt exceptionem, que generalē obligationem consequitur, ut scilicet nihil eorum patet, quod nobis secreto commissa sunt. (b) Adrianus & Navarrus (c) eandem sententiam propagantur. Ex posteriori verba: *Quidquid dicitur alicui secreto, quisquis ille sit, si id sacre nos est in prejudicium anime, corporis, famae, vel honorum alterius, detet secretum servare, quomodo iudex contrarium praecepit, quod fusus explanat. n. 222. in idem caput Inter verba.*

Cum ergo Clericus, de quo queritur, in hac exceptione veretur, quoniam si minus id patet faceret, quod compertum habet, Pauperum Communatis confusa sibi debiti iustarum faceret; et minus ille secreto obstrictus confiteretur, quod re vera nullum Petro injuriam irrogat, atque ita quam Procuratori obstrictum, fidem praestare potest.

Decimum Parisiis hac die 20. Septembris an. 1679.  
Aug. de Lame.

## C A S U S II.

*1 Superiori aliquando denunciandus est, qui nos ad surpia sollicitavir.*

*2 Quidam sunt in hoc negotio servanda.*

(a) S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2.  
(b) Adrian. in 4. de reti. §. pro hujus clariori intellectu.

## Q U A E S I T U M.

**A**dolescens Valetudinarii munere fungens in Communitate, in qua magis est numerus adolescentium, qui ad Ecclesiasticum statum instituuntur, ab eorum uno accitus in cubiculum, ubi levi ex causa in lecto jacebat, ad turpia sollicitatus fuit, se tamen ille tangi non est paup., eique culpe fuditur oculos posuit. Octavo post dies ab eodem adolescentem in cubiculum traxit, iterumque sollicitus interrogantem eadem confitit repulit, & amice simul ac vehementer monitum voluit. Paucis post diebus ei adolescentis fingivit, se ponitentia doctum errati sui confessionem edidisse, eunque r. gavit, ne quid Superiori placet faceret. Valetudinarius deinde Confessarius fuit rem aperuit, qui eum adducere voluit, ut Communatis Superiorum commonefaceret; quod tamen ab eo obtinere non potuit.

Queritur illi, an ad id in conscientia foro tenetur, atque an Confessarius exigere possit, ut Communatis Superiori rem ipse declarat? Videlicet timendum est, ne Adolescentis, qui eo impudentiae devenit, ut Familia Domestica semel & iterum aggrederetur, aliquem alium ex Familia pueram majori cum succello aggrediat, eique contagium commanicet; videntur quoque ponitentia, qua ille se affici testatus est, haud fatis gravis causa esse, ut ea formido disjiciatur.

## R E S P O N S I O.

Confidimus Conscientia subscriptum censet, Adolescentem Valetudinarium Confessario jubenti, ut eum, a quo ad malum sollicitatus est, Superiori denuntiat, parere debere; si enim spectetur culpa, de qua agitur, ea sane enormis est & ejusmodi, ut inter adolescentes, qui se simili existunt, facile serpere ad propagari possit; et etiam maxime aliena ab eis status sanctificare, quem adolescentes si sibi proponunt, & ad quem ibi, ubi sunt, se se comparant; queaenamque ejusmodi peccatum consequentur incommoda, fere graviora sunt, quam quodvis aliud ex iis bene multis, in qua adolescentes probabi possunt.

Uno verbo agitur hoc loco de bono publico, ne scilicet exponatur periculo gravi damni, cuius longe maior, quam privati boni ratio habenda est. Prater has causas possunt Confessario alias peculiares causas praetulit ex persona ipsa de qua agitur, dute, quamobrem ponitentiam adigit, ut rem ad Superiorem deferat.

Nec fraterna correcitio tamquam sufficiens in hoc negotio spespenda confetur; praterquam enim ea fortassis nil aliud efficeret, quam adolescentem ad pravitatem suam in posterum cautius occultandam exasperet, si tamen Superior ea ut malit, quam ipsum explodere; eam ipse uilius quam quisvis aliis adhibebit; ac Superior quidam comitatio etatis sua se geret, ut ille utilias a se quam a quovis alio corrigit.

Concluditur, Adolescentem Ecclesiasticum tum solum ad Superiorum deierendum non fore, si nempe ponitentia tot tantaque figura dederit, ut crimen suum detefacta, ac tale nihil in posterum patratur esse merito confari possit. Debet ad extremum expondere Confessarius, an, universo negotio ponderante, statius fuerit Adolescentem, qui ad turpia infligavit, ante quam a Valetudinario Superiori denuntiat, monerit, ut a Communitate recedat. Ita quippe non eum suppeditabit, quod crimen innoverit Superiori, qui cateroginum eum acriter monitum fortasse dimittit.

## S E.

Decimum in Sorbona hac die 31. Augusti an. 1702.  
G. Frumeghan. G. Bourguet.

(a) Navarr. in cap. Inter verba. Conclusione perfecta, numero 402.

## SEDES EPISCOPALIS.

## C A S U S.

## R E S P O N S I O.

Sedes Episcopalis vacans, Episcopo in amorem lapso.

*1 Cum Episcopus ex morte, qui ejus animum afficit, & creditur infansibilis, Diocesis regens impar evasis, potest Sedes declarari vacans, & penes Capitulum jus est nominandi, qui eam administrabente.*

*2 Bonifacius VIII. ius hoc Sancta Sedi addicere voluit; sed ejus Decretales in Gallia nec recepta, nec executione mandata sunt.*

## Q U A E S I T U M.

**C**um Episcopus M. . . . . in morbum gravissimum incisit, Senatus Rescripto propriis bonis administrandis ineptus est declaratus, tum vero Economus, qui eorundem honorum curam gereret, Regis consilii institutus fuit, Cathedralis Ecclesie Capitulum ex Decreto nescio quae Decessis administrandis ius sibi vindicat. Confutis idoneis viris, Canonici coiverunt, & Magnos Vicarios tres nominantur cum eis anno viginti eo munere fungebatur. In animo habent alium Officiale, aliumque Promotorum creare. Quia in re queritur, quid lentiendum, primo quidem quod nominationem Ministrorum in universum, deinde vero quod peculiarem Officiale & Promotoris nominationem.

Videtur generatum, antequam Capitulum administrare possit, necesse fore, ut Episcopus ipse administrationis incapax declaretur; si enim in instituendo temporalium economo hoc Juris forma servata est, multo magis eadem servari debet, ut spiritualis administratio transliteratur.

An non alieri potest hujus negotii cognitionem ad Pontificem pertinere? Eius esse nominare Commissarios in partibus, ut de Episcopi inhabilitate judicetur, ac deinde promittere, ut Magnus Vicarius Capitulum nominet, quod aliter & Juxta est & Pars, cum ad Diocesis spiritualia ius non obtineat nisi pereat vacante? Sedes porro non vacat nisi per mortem. Igitur Superiori conset, opere, eam vacare propterea, quod Episcopus ineptus evalerit. Secus videtur Capitulum nullo labore gaudent ordinis, quem Episcopus induit, mutandi, neque Ministros ab eo nominatos delitentur, atque adeo vice ipso, quicquid illi egarent, invertendi.

Quod autem ad Officiale ac Promotorem singillatim spectat, si quidem non sunt instituti per simplicem Commissionem, ut Magni Vicarii, qui sunt revocabiles ad putum; sed provisi sunt in Officii titulum ex Jurisprudencia, que hoc ineunte faculte verbatur, cum illi, tamquam qui deficit non possint, spectentur. Nimirum non ante an. 1637. Episcopi contrarium facultatem obtinuerunt quod Ministros ab iis decessoribus, aut filiis vacante, a Capitulo institutos; sed haec facultas ad Officiales ac Promotores, quos ipsi instituerunt, non extenditur; ita sentit Auctor Definitionum Iuris Canonici, titulo de Definitione.

Episcopus M. . . . . Officiale & Promotorem inquit, Sede nondum vacante, quoniam Episcopus adhuc in via vis est; Officiales & Promotores Provincentem uteque obtinent, non simplicem Commissionem, ut Magnus Vicarius; non potest ergo Capitulum Officiale alium, aliumque Promotorem inquit. Canon quidem, quo nuntiatur Ecclesia M. . . . . de gratia tantum iurisdictione verba facit; hoc pro negotiis ad omnes Episcopos, corumque precipios Ministros pertinet.

Videntur sane fore, an jus Ministros hos, Episcopo in iurisdictam & languecum lapso, defititudo ad Capitulum sit devolutum; an jus hoc ad Officiale ac Promotorem aqua atraque ad Vicarium generaliter extendatur, quidque in ejusmodi facti specie non immorti fieri possit?

At si huius causa iudicium deveniri non potest nisi per item, que longior erit Episcopi vita, que quidem creditur ut in singulis hisce causibus autoritas non ad Capitulum, sed ad Pontificem ex laudatis Decretalibus est devoluta; quod si tunc temporis Capitulum administratur, id non nisi pro interim est, & quod Vicarium Pontificis nominaretur: Ex his enim verbis, inquit Fagianus p. 30. apparet, quod Ecclesia vacante per capitularem Prelati, administracionem in spiritualibus & temporalibus iure proprio non ad Capitulum, sed ad summum Pontificis perire; unde ipse poterit alter ordinare, providere, vel forte Vicarium dando, ut dicit ibi Glossa in Ordinarii.

Concludendum ergo, non iure proprio Capitulum administrare, sed omnia ad summum Pontificem referenda. Rebus ulterius progradientur; ita enim lequitur in Concord. l. de Regia ad Prelat. nom. §. 1. Quoniam docimus vacante, Rex poterit nominare. Fallebit, quando Episcopus ejus capitulo a Schismatis vel Turci; tunc Papa poterit dare Coadjutorum, finis Regis nominatione, cap. Si Episcopus de Suppl. neglig. Prelat. in 6. quia non vere vacat Episcopus, & vacantiibus Rex tantum nomine: eadem ratione si Episcopus valetudine, perpera vel morbo desideratur.

(a) Domini Roynet & Nollet Advocati fenserunt Sedem vacare,

sur, vel alio modo, Papa sine Regi nominatione Coadjutorum datur, cap. viii. §. si autem de Cler. egrat. in 6. Eadem Caffelli sententia est in Definitionibus Juris Canonici V. Coadjutorum; ad dique, cum Pontifex, inconfutato Rege, Coadjutorem nominat, id de spirituali tantum administrationi accipendum est, & non cum fuisse successores sive, quia iuri, quo Rex gaudet ad Episcopatum nominandi, id derogaret.

Excipit sane Fagnanius casum Episcopi, qui notoris Hereticis est; tunc, inquit, vere ac proprie Sedes vacaret, & Capitulum administraret; affect in id Congregationis Cardinalium Tridentinae Synodi Interpretum decisionem diei 14. Januarii an. 1588. que ejusmodi est: An Episcopo existente, facultas concedendi dimissorias justa caput 10. Sess. 7. periorum ad Capitulum Cardinalem Ecclesie? Congregatio censuit ad Capitulum pertinere, si Episcopus sic notoris Hereticis.

